

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2640

Auteur(s) : Rotrou, Bellavilliers (seigneur)

Bénéficiaire(s) : Bellême, Saint-Léonard, dépendance Saint-Martin de Marmoutier (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1232, janvier

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Accord entre Rotrou, seigneur de Bellavilliers, et le prieur de Bellême, au sujet de leurs contestations relatives au patronage de l'église ; de quatre boisseaux de blé à percevoir par Étienne, frère dudit Rotrou, dans la grange de Bellavilliers ; — d'une maison acquise jadis de Raoul Oumont par feu Étienne, personne de Bellavilliers, son oncle.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Barret Philibert (Abbé), *Cartulaire de Marmoutier pour le Perche*, Mortagne-au-Perche, Meaux (Documents sur la province du Perche ; 3e série, 2), 1894, n° 145, p. 150-151.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis Rotrodus, dominus de Bellaviller, salutem in Domino.

Ad universitatis noticiam volumus pervenire quod cum contentio verteretur inter nos, ex una parte, et priorem et monachos de Belismo, ex altera, super hoc quod nos dicebamus jus patronatus ecclesie de Bellaviller ad nos, tanquam ad verum patronum, et ad heredes nostros pertinere, quod negabant dicti prior et monachi, et affirmabant illud ad ipsos de jure pertinere ; et super hoc quod nos dicebamus quod quatuor sextarios bladi percipiebat Stephanus frater noster in grangia de Bellaviller, quod dicebamus ad nos, jure hereditario pertinere, quod negabant dicti prior et monachi et illos affirmabant firmiter esse suos ; et super hoc quod nos dicebamus quod Stephanus persona de Bellaviller, defunctus patruus patris nostri, adquisiverat quamdam domum a Radulpho Oumont, quam dicebamus nostram esse et nos ibi debere habere quidquid habebamus in aliis burgesiis nostris de Bellaviller, quod negabant dicti prior et monachi, et asserebant quod ad personam ecclesie de Bellaviller pertinebat ; tandem post multas altercationes amicabilem compositionem intervenit in hunc modum ; quod nos dictis priori et monachis quitavimus quidquid juris dicebamus habere in dicto jure patronatus dicte ecclesie, et quidquid juris dicebamus nos habere in predictis quatuor sextariis bladi ; et persone de Bellaviller dictam domum cum pertinentiis suis quitavimus ; ita quod persona dicte ecclesie, quecumque illa sit, tenebitur solvere nobis et heredibus nostris annuatim censum duodecim denariorum, termino quo solvuntur nobis alii census ville. Et si dictus census non solveretur nobis vel heredibus nostris, in dicto termino, possemus ibi facere justitiam et distinctum pro dicto censu tantum et non pro alio, sicut in aliis burgesiis de Bellaviller. In cujus rei testimonium dedimus dictis priori et monachis litteras nostras sigilli nostri munimine roboratas.

Actum anno Domini M° CC° XXX° I° mense januario.